415 [illegible] des gotzhus zu sant gallen

quia ipse lux uenerat in mundum. qui
credit in eum non ambulauit in tenebris
sed habebit lumen uitae. Bonum est ergo
credere in xpo et magnum malum est
non credere in xpo. sed filius de patre
est quidquid est. pater autem non
est de filio. sed pater est filio commen
dat quidem in se fidem. sed honorem
reuocat ad patrem. hoc enim fidum
et firmum tenete simul perseue
rare catholici. quia ds pater deum fili
um genuit sine tempore sed fecit ex
uirgine in tempore. natiuitas illa
excedit tempora. ambae natiuitates
mirabilis. illa sine matre. ista sine
patre. quando genuit ds filium de se
genuit non de matre. quando genuit
mater filium uirgo genuit. non de uiro
de patre natus est sine [illegible] de matre
natus est certo initio. de patre natus
fecit nos de matre natus refecit nos
de patre natus est ut essemus. de ma
tre natus est ne periremus. genuit autem
patrem aequalem sibi. et totum quidquid est